E-lib.ch
Elektronische Bibliothek Schweiz
Bibliothèque électronique suisse
Swiss electronic library

e-rara.ch

[Stambuch, der iungen Gesellen, oder Handtbuch mit sonderlichen vleis Zusamen gebracht, und mit schonen Kupper-stucken gesiert]

König, Ludwig, I (Offizin, Basel)

[Basel], [ca. 1615/1617]

Universitätsbibliothek Basel

Signatur: AN V 53a

Persistenter Link: http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-28729

e-rara.ch
Das Projekt e-rara.ch wird im Rahmen des Innovations- und Kooperationsprojektes „E-lib.ch: Elektronische Bibliothek Schweiz“ durchgeführt. Es wird von der Schweizerischen Universitätskonferenz (SUK) und vom ETH-Rat gefördert.

e-rara.ch is a national collaborative project forming part of the Swiss innovation and cooperation programme E-lib.ch: Swiss Electronic library. It is sponsored by the Swiss University Conference (SUC) and the ETH Board.

www.e-rara.ch

Nutzungsbedingungen
Dieses PDF-Dokument steht für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Es kann als Datei oder Ausdruck zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Terms and conditions
This PDF file is freely available for non-commercial use in teaching, research and for private purposes. It may be passed to other persons together with these terms and conditions and the proper indication of origin.

Visual Library

409 — Stirpium insignium nobilitatis, tum etiam sodalium memoriales singulari studio collectum... Stammbuch der jungen Gesellen oder Handtbuch... Title, 3 printed ll. and *a set of 68 fine copper-engravings by P.* Small oblong 4to. Vellum. Basel, Ludwig Kuning (König) n. d. (ca. 1617). Fr. 250.—

A fine collection from various sets of the elder Passe arranged by a Basel publisher who had probably bought the original copper-plates. Franken nr. 1349 describes a copy in the Bibliothèque Nationale. The present issue has the above title in an impression without the date (1617). Many of the charming engravings are remarkable for the rich costumes of the period. The following numbers of Franken's list are extant: Fr. 1337, Hortus voluptatum nr. 2—25, 32—34; Fr. 1343, Academia sive speculum nr. 10, 14, 15, 17, 20; Ovidius: 26 pls.; Fr. 946—49, Suite des Dieux et déesses en ovale; Fr. 959 Venus; Fr. 1371, Mimicarum aliquot facetiarum: 5 pls. Very good impressions with wide margins.

See Reproduction Plate 32.

Erworben am 24.Februar 1941 von L'ART ANCIEN, Zürich, aus Katalog 26.

Künstler: Crispyn I. van de Passe.

III, 611 Ardancien
N-W St.

A N V 53a

Yi 250
HF-F 2,5 7
Passe

68 pl.

Kollationiert nach
d. Franken. L'oeuvre
gravé des van de Passe
Amsterdam 1881, am
27.2.41 Infanus]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK - BASEL -

A N V 53 a

Katalog

26/409

B 15

Ce Livre contient soixante huit Estampes

A N° V 53a

N. 20. 54
41. 611 A. t.

BENEVOLO LECTORI S.

QVanti veteres quùm pictoriam tum ſtatuariam Artes fecerint, Beneuole Lector, minime obſcurum eſt ijs qui vel mediocriter in Hiſtoricis atque id genus ſcriptis legendis ſunt verſati. Cui enim paulo politiori pręclara illa Apellis, Zeuxis, Parrhaſij, Polycleti, Phidiæ, & centum eiusmodi Artificum nomina non ſunt nota? quorum opera iam olim tanti æſtimata ſunt, vt inter res precioſiſſimas ſemper fuerint habita. ac ſanè exiſtimo, ſi vnum eiuſmodi hodie reperiretur, tamquam rem incomparabilem, & contra auro coram, vt Plautus loquitur, ab omnibus etiam Regibus & Principibus conquiſitum iri, ſolius artis quæ in talibus vndique elucet, admiratione.

Quamuis autem negari non possit paucos hodie reperiri, qui non in hac solum, sed alijs etiam artibus (si rem vere æstimare velimus) cum Veteribus illis comparari possint: illud tamen etiam constat, à nostro & superioris sæculo multa reperta esse, quæ Antiquitas illa ignorauit. Inter hæc, meo quidem iudicio, Ars illa sculptoria, qua figuræ & Historiæ quæcunque in æreas tabulas inciduntur, & ad viuum delineata ob oculos ponuntur, postremum locum non habet: quæ sane ex ipsa Arte Typographica nunquam satis laudata, principium duxisse videtur. Quando vero ea primum, & à quibus reperta sit, quique primi præstantissimi Artifices fuerint, atque etiamnum sint, Matthias Quadus & ipse sculptor non contemnendus in libro Germanico, De Germanicæ gentis gloria, cum multis alijs eleganter persequitur. Quem admodum vero omnes artes non ad inanem quandam, sed honestam oblectationem, inprimis vero ad tam communis

munis qûam priuatæ vtilitatem vitæ referri debent, ita quoque in hac de qua dicimus arte, vt cum Poeta loquamur,

Omne tulit punctum qui miscuit vtile dulci.

Et hunc quidem in finem nos præsentem hunc libellum, è dictæ iam sæpe sculptoriæ Artis officina profectum, concinnauimus, vt haberet Iuuentus nõ solum quo oculos amœno figurarum adspectu pasceret, verum animum quoque salutaribus imbueret præceptis atque exemplis. Hunc nostrum laborem, Beneuole siue Lector siue spectator, vt bonam in partem ac promto animo accipias, inque tuam, cui consecratus est, vtilitatem conuertas, etiam atque etiam rogo. Quem quidem si gratum tibi esse sensero, aliud propediem, Deo dante, Musis fortean conuenientius, elaboratum dabo.

Vale.

WIe hoch vnnd wehrt die alten der Maler vnd Bildthauwer Kunst gehalten/ günstiger Leser / ist menniglich so die Historische vnnd andere Schrifften gelesen offenbahr. Dann wer weiß nicht von Apelle, Zeuxi, Parrhasio, Polycleto, vnnd viel anderen dergleichen Künstleren zu sagen? Deren wercken auch so hoch geachtet worden/ daß man sie für ein sonderlichen Schatz vnd Kleinot bewahret: vnnd glaub ich gentzlich / wo man heut dero noch eins konte finden/ es würde mit keinem Goldt zu bezahlen seyn/ nicht allein/ ihrer Elte / sonderen grosser Kunst halben / so sie darin gebraucht haben. Ob man nu woll nicht in abredt seyn kan/ daß heutiges tags wenig nicht allein in diese sondern auch andern Künsten/ zu finden/ so den Alten konten verglichen werden: muß man doch auch bekennen daß zu vnser zeitt etliche Künsten erfunden worden / von welchen die alten nichts gewüst. Vnter diesen/

meines

meines erachtens/ist der Kupffer schnitt nicht die wenigste: welche ohne zweiffel jhren Anfang auß der Buchtrücker Kunst genommen. Wann aber dieselbe erfunden/vnd wer die erste fürnembste Meister vnd Künstler hierin gewesen/hat der günstige Leser in dem Buch von Herrligkeit der Teutschen Nation/so in truck außgangen zu lesen. Gleich wie nu aber alles Kunst ziel vnd zweck seyn muß vnd soll/daß sie nicht zuvppigem/ sondern ehrlichem Lust/vnd darneben zu Nutz des Menschlichen Lebens gereichen: also soll auch billich jetzgemelte Kunst für andern dahin gerichtet werden. Diesem zu folg haben wir dieses gegenwertiges Büchlein verfaßt vnd in diese Form gebracht / damit die Liebe Jugend sich nicht allein mit anschawen der Figuren erlustigte / sondern auch auß erwegung der sachen vnd geschichten/so hierin fürgebildet werden /ein sonderlichen Nutzen schöpffte Demnach aber/sonderlich vnder den Studenten vnd andern guten gesellen / ein gewohnheit ist/ daß sie zu vnderhaltung guter Frenndtschafft ein Stammbuch wie mans nennet / gemeinlich bey sich haben/vnd darin gute Freund vnd gesellen jhre Namen verzeichnen vnd schreiben lassen: als hat mich für gut angesehen/dieses gegen-

wertiges

wertiges Büchlein in dieser form zu verfertigen lassen/in welchem nicht allein der Lauff vnd fürnembste vbungen des Menschlichen Lebens/ sondern auch viel gedenck würdige Historien so wol auß der Poeten als anderer gelehrter Leuth Schrifften/ abgebildet/ vnd gleichsam in einem Spiegel für Augen gestellet werden. Wiejch nu nicht zweiffele daß die Anschawung gemeldter Figuren vielen werde lieblich vnd angenehm seyn/ also will jch hinwider auch meniglich erinnert haben/ daß sie dieselbe nicht allein zu einem Lust der Augen/ sonderen viel mehr zu vnterweysung ihres Lebens gebrauchen wöllen. Thue hiemit allen sampt vnnd besonders/ sonderlich aber der lieben Studierenden Jugend dieses Büchlein befehlen vnnd zuschreiben/ von hertzen wünschend daß diese vnser Arbeit meniglich zu günstigem wolgefallen vnd Nutz erspriessen möchte.



Quid, faciam: tecumne fleam, Heraclite: cachinno Nam quis continet risum, plena omnia stultis,
Vel cum Democrito res hominum exagitem: Quis lacrymas, tanto mista dolore videns!

Nam quid amabilius? quid Mundo ornatius isto:
Vberius blandis quid rogo delicijs
At non tam citó vana ſolet ſubſidere bulla,
Delicię mundi quam cito prætereunt.

Quæ lata hæc species vernantis temporis alma
Quam tellus flores parturit omnigenos.

Hanc lasciua gerit speciem vitulansq; iuuenta,
Tota cupidinibus deliciisque vacans.

Indulgere iuuat genio. Sunt fercula nobis — Suaue sonant cythare cum plausu voce tubisq
Lætitiam duplicans hic quoq Bachus adest — Jactantur numeris brachia mota suis.
Crispin de pas Inu et exc.

Crispin de Pass inuent. excudit.

Concentu vario mentesque aures que fruuntur,
Quas rapit ad Musas melle referto amor.

Gratus is est, blanda qui carmina voce susurrat,
Atque simul cythara dulcia plectra mouet.

Cuncta caro fœno similis: carnisq; voluptas, Quid fœno credis? viden' vt scintilla vel vna
Defecto subito graminis instar abit. Ingentem cumulum exurit et annihilat!

Ah præcioſe pudor, præcio quam vinceris auri:
Auri ſacra fames, quas ſinis eſſe probas!

Me tibi proſtituo, iuuenis, dum diffluis auro:
Auro orbum, probris, verberibuſq; fugo

Germen odoriferum tellus educit, et arua
Purpureis passim floribus irradiant.
Blandidulos ergó flores carpsisse iuuabit,
Sed mortalis homo floris adinstar erit.

M. Iohan. Lanis Iudebat Colon. Ag

Diuitis patrijs Acolastus abutitur: at mox
Consumtis, miser ex ædibus exigitur.

Sieh hie, wie der verlohren Sohn
Zehr, vnd komt endtlich kal dauon.

Oblectat animos, sensus trahit: influit aures
Si quando, exsiliunt excita membra sono.

Quis, nisi truncus iners (quamquam et saxa impulit orphe)
Musica, divinam vim neget esse tuam.

Luxuriant animi iuuenum: Saltuq; lyrâq;,
Adiunctis numeris, membra mouere iuuat.

Mit singn, mit springn, vnd dantzen,
Wagn wirs woll auff die schantzen.

Tempus edax rerum tuque inuidiosa vetustas
Omnia destruitis, vitiataque dentibus æva
Paulatim tacita consumitis omnia morte.

Quid prodest homini si viuat secula centum:
Cum moritur, vitam transisse putat quasi ventum.
Tempora transibunt, et gaudia vana peribunt.

Blanditijs iuueni meretrix sua retia tendit Hic capitur demens ictusque Cupidinis arcu
Præcipue si quis desidiosus erit Omnibus amissis se pervisse dolet.
Crispin de pas Inu. et excudit

Balnea, Vina, Venus multos exarsit amantes:
Et tamen exhilarant balnea, vina, Venus.

Balnea, vina, Venus multos prostrauit euntes:
Et firmant homines balnea, vina, Venus.
M. Ioan: Lanius Iud.

Varijs viden' ſic illecebris Cupidinem
Poſſe allici, vtpote narijs ſuauiſſima
Dulcíque paſtura auriũ vel ludicris
Fixam petendo auem jaculationib9
Aut otioſis ambulationibus,
Confabulationibuſque friuolis.



Or danse maintenant; & ne fais plus la mine,
Iamais tant que Vuray ne seray Indigent:
Car ie porte en ce sac bien cent escus dargent
Pour faire bonne chere auecq toy FRANCISQVINE.

Frisch auff, das gelt steht vns jtz bey
Sorgt nit woher mirs komen sey.
Laest mich nur ewrer lieb gemessen,
Jch kan mit kronen von nur schiessen.

NOS DABIMVS QVOD AMES, ET PVLCHRAE FILIA LEDAE
IBIT IN AMPLEXVS PVLCHRIOR IPSA TVOS
1592





Est meretrix dicta quę reddit verbula ficta
Exterius picta verum interius maledicta,
Attrahit vt viscus, sed decipit vt basiliscus.

Incidit in crimen, meretricis tangere limen
Qui non horrescit, imprimis dum juuenescit.
Scribatur portis: meretrix est janua mortis.

DIVITIAS ET OPES, VBERRIMA SPONDEO REGNA, TOTIVSQVE ASIAE SCEPTRA TENERE DABO 1592

Cum renuit Circes sociare cubilia Picus,
Hunc volucrem magico carmine saga facit.

Inde etiam mutat famulos in monstra ferarum,
Qui, dominum quærunt per nemora alta suum.

Crispin de Passe figuravit et exc.

Quid nunc suaviolum? qua spe consedim⁹ ambo?
An placet ad Satyros ire redire meos?
M. Joan: Lanig ludeb:

Si placet hac Volucri sequar, ô mea sola Voluptas,
Venari canibus dulcius ecquid erit?
Crispin de Pass fig. et excud.

Nil aurei? nil te coronati juuant?
Argenteis referta bulga nil mouet?
SENEX

Vanos quid ah senex amores expetis;
Tumulum tuæ finemque vitę respice.
MORS

Quid aureorum me beabit copia?
Amore si priuata sim dulcissimo.
IVVENIS

m·q·lud

Ne dolens, ne te excrucies, lectissima Virgo,
Quod minus Hectoreus castra tremenda petam.
Quae Veneri est habilis Marti quoque seruiat aetas:
Turpe senex miles, turpe senilis amor.

Facie esse quid mihi gratius posset tua
Ipsius haud Corinthi gaza diuitis.
Iuuenis.

Formam quid ah misselle nudam respicis;
Cum plus beare possit auri copia.
Vetula.

At tu iuuenta qd torquere frustra an9
Quin iam sepulchri instantis es potius memor.
Mors.

Tres sumus, ardentes vnius amore puellæ: Forsitan at nullus nostrum potietur amata.
Me vultu, digitis te notat, huncq; pede. Fallere sic didicit fœmina fraude viros.



Enervant animos cytharæ, cantusque, lyræque,
Et Vox, et numeris brachia mota suis,
Hos Veneri, hos Baccho, hos juvat indulgere choreis,

Sic pudor et probitas et metus omnis abest.
Otia multorum viden' ut sint causa malorum;
Cui peccare nefas otia tolle puer

Curſitat atq; manuſq; pedesq; iuuenta fatigat, Sanguinis eſt ea vis nempe in iuuenilibus annis:
Spheram percutiens atq; reprecutiens. Gratior atq; iſthac fit ratione cibus.

An stultos magis (hinc stoltzos quos nomine vero
Teutona lingua vocat) an verius esse superbos
Vesanum genus hoc hominum dicamus: in hisce
Qui studium omne locant nugis; vt, sine nouato
Seu deridiculo exornent sua schemate membra.
Auxilium quibus haud Cacadaemon denegat vnquam.

Quadbidev:

Je Vous ſure quil eſt tant amoureux de Vous
Quil en perd tous ces ſens et ſoyez pour certaine
Quil ne faudra Jamais a battre voſtre auoine
Lisez donc ce pacquet et laiſſez tout courrouz.

Jungfraw jch ſchwer euch das ohn ſchertz
Ewer lieb hat jm sein junges hertz
Verwundet gar mit groſſem leidt.
Drumb gebt jm auf dieſen brieff beſcheidt.

HARLEQVIN tien ce chat et je prendray la broche
Cependant belle AVRA si vous voulez iusner
Il ne tiendra qua vous je men vay desiuner
Viensca donc gras oyson il fault que ie tacroche.

HARLEQVIN nehm die katz zu dir,
Der braet spiss dient vil besser mir
Schon AVRA wollt jr essen mitt;
Sunst fress jch die gans mit dem Spitt.

P. Belange Inuentor.

Puis qu' auons le loisir IANNETTE ma douce Ame
Chantons vne chanson que ie fis lautre iour
Me complaignant du temps & de laueugle amour
Qui ne veut amortir mon coeur remply de flamme.

Hertzlieb IANETt weil wir hand zeit,
Laest vns ein Liedlin singen beidt
Wie wir vorzeiten mehr handt gethan,
Euwer Lieb hatt mir mein hertz vmbfahn

La corne dabondance il porte sur sa teste
Et la pour se vanger si qlqun le frappoit
Je men vay doncq dicy car si il me happoit
Il me pourroit hurter (c'est vn bœuf) de sa creste.

Das Ceres horn so treget er
Auff seinem kopf für sein gewehr:
Ich mag hinschleichen als ein fuchs,
Das mich nit stoss der grimmig ochs.

Crispin. d. pas. Blanda Venus dulci comitata Cupidine gaudet.
inuentor. et. excud.

Arreptis fidibus, noctu grasiantur in vrbe, Offensi vigiles at membra ferocia mulctant
Facturi, socij, grata puella, tibi. Fustibus. I nunc, et dysce manere domi.

Arridet stultus, cernens studiosa iuuentus,
Oscula dilectæ vos repetita dare.

Der Narre sagt, Das ihm behagt
Das spiel, so er, Hie schawt von fer.



Incautas captat volucres incautior ætas,
Et ruit in luſus, dîua Diana tuos.

Et viden vt captas, teti captatur amoris,
Et prædo prædæ præda fit ipſe ſuæ.

Perſonas gerimus fictas: habituq; recepto Apta vagabundis eſt iſta licentia. Sortem
Non noſtro faciem bachica larua tegit. Tentamus, quid ſic alea muta feret.

In tenebris mundi dominatur vana voluptas, Hæc tamen inconstans agitatio voluit ad ignem:
Fraus, stim stultitia, quodque cupido iubet. Trunsit et in fumum gloria, munde, tua.

O, qui, lætitia ſecuri, ludiſq; atque — , Omnibus in factis, & dictis, turpe Cauete,
Quorum ſuccendit pectora cœcus amor Poſt carecta latens proxima teſtis adeſt.

Nunc Galatea veni, et quis nam sit Indus in undis
Cognoscas; suadet dum bona temperies.

Per pisces et aues multos periisse scholares
Fama refert: mensis gratus at iste labor.

Crisp. de Passe
inuentor excudit.

Parrhasis infelix odio Junonis in vrsam
Vertitur innumeris non sine Verberibus.

Scilicet est Vesę similis, plagasq; meretur,
Laude pudicitiæ si qua puella caret.

Iphin Anaxarete miserum spernebat amantem,
Quique diu finijs ante feros.

Huius vt aspexit Virgo miserabile funus,
In lapidem toto corpore dirigunt.

Cùm propriam vidit speciem Narcisus in vndis,
Ardere insano coepit amore sui.

Scilicet hoc homines vitio plerunque laborãt,
Vt placeat nimium quilibet ipse sibi.

Crispian van de Passe inuent. fecit et excudit.

Martin de Vos. inuentor

Coelicolæ vetitos rident Mauortis amores,
Atque fit in toto fabula nota polo.

Quorundam potes hic mores spectare potentum
Queis impune licet quodque patrare nefas.

Crispian de passe fecit et imprim:

Corpore vt insignem sculpsit faciéque puellam
Pygmalion, operis captus amore sui est.
Imponensque toro, fiat precor hæc mea coniunx,
Dixit, et alma Venus viuere iussit ebur.

Crispin van de Passe figurauit et excud. Ouid. Metam. libr. 10.

1592 RERVM ET VERBORVM VARIAM TIBI COGNITIONEM, INVICTOSQVE ANIMOS AD FERA BELLA DABO.

Propter aquas vidit, vsamque Coronida feruens
Neptunus sequitur, vimque sequendo parat.

Liberat hanc Pallas natis per brachia pennis,
Cornicemque vocans, tu mea, dixit, eris.

Crispin van de Passe inuentor excudit.


DVM RELIQVAS FORMA SVPERAS VENVS ACCIPE POMVM,
VICTOREM COELO DIGNA REFERRE FEDEM.

Moenia dum Nisi Regis validissima longum
Terribili Minos obsidione premit:
Hunc videt ex alta virgo Niseia turri;
Et capitur demens hostis amore sui.

Crispin van de Passe inuentor excudit. Ouid. Metam. libr. viij.

Heu dira quò lasciuientes ptrahis
Mentes voluptas, nec bonis cibarijs
Vinique larga copia duram famem
Sitimque depulisse sat?i turpibus
Dementibusue laruis et conuiuia
Trahatis aut gesticulationib9.

Pomona aſsiduè cultis remanebat in hortis,
Deſpiciens Venerem, deſpiciensque viros.

Hanc adit ora sibi Vertumnus anilia fingens,
Et socij suadet gaudia inire thori

Crispian van de Passe inuent. excudit

Victus Amyclæus iuuenis certamine disci
Victoris Phœbi funus, amorq; fuit.
Purpureus sanguis florem succreuit in illum,
Quiq; Hiacynthus erat, flos Hiacynthus erit

Arbiter en formæ certamina sisto Dearum,
Vincere quæ forma digna sit una duas.

Vincere sunt omnes dignæ: tamẽ una placebit
Ante alias. malum tu cape pulchra Venus.

Crispin de Passe inuentor excudit.

Infelix nimium relligata ad saxa catenis
Andromede monstris et data præda fuit.

Cernit Abantiades hanc, euictoque dracone
Liberat, et thalami ius dat habere sui.

Ardet Atalantæ forma Meleager, et illi
Terribilis donat terga caputque feræ.

Hoc socij prohibent, clamorque minæque sequuntur:
Dantur et hinc fratrum corpora bina neci.

Crispin de Passe figurat or sculpt. et exc.

Martin de Vos figuravit

Formosam Hippomenes Atalantã prepete cursu
Vincit, connubio jungit eamque sibi.

Attamen ille dolo vincit, mala aurea spargẽs,
Quæ dederat cultæ Diua beata Cypri.

Crispin de Passe fecit et excudit

Infernas vehitur Proserpina rapta sub umbras;
Raptorem Cyane sed prohibere cupit.
Ille hortatus equos penetrat ui flumina Nymphæ,
Atque suas sedes virgine lætus adit.

Crispian van de Passe fecit excudit.

Pyramus inueniens maculatam sanguine vestē,
Ipse sibi proprio perforat ense latus.
Martin de Vos inuentor

Hinc simul ac Thisbe videt, hic, ait, hic quoque mucro
Me perimat, quo tu vita perempta iaces.
Crispin de passe incidit et excudit.

Nata Jouis cerebro Dea, iuncta sororibꝰ almis, Alatæ fiunt Musæ, Volucrique figurâ
Pegaseum ad suntem Vult Helicone frui. Defugiunt turpis probra pudenda viri.

Inscius Actæon vidit sine veste Dianam: Præda suis canibus non minus ipse fuit.

Salmacidis tepidas qui vir descendit in undas
Semivir haud longo tempore facta redit.

Salmacides lymphæ sunt desidis ocia vitæ,
Quæ faciunt molles et sine corde viros.

Crispin van de Passe inuent. et excudit.

Eurymones faciem mentitus Apollo, Venusticæ
Leucothoës thalamum nocte silente subit.
Matris et in specie famulis discedere iussis,
Max habitum rursus sumit et ora Dei
Ovid. Metam. libr. 4.

Crispin van de Passe inuent. et excusor.



Formosam sequitur flagrans Dea Cypria Adonim,
Et nunc belles sollicitare feras.

Inq; sinu inuenies requiem modo ducere gaudet,
Oscula que in roseis figere longa genis.

Vt ferus inguen aper rupit tibi mollis Adoni,
Non simul est isto vulnere læsa Venus:
Marcin de Vos inuentor

Mœstáque purpureum iussit de sanguine florem
Surgere, perpetuus quo tuus esset honor.
Crispin van de passe fecit et excudit.

Cùm subijt Theseus nunquam remeabile tectum,
Gnosias à tergo fila legenda dedit.
Semibouem sic ille virum prostrauit; et inde
Per dubias redijt lætus honore vias.

Crispin van de Passe inuen. et excud.

More suo canibus solis comitantibus ibat
Venatum Cephalus mane rubẽte nouo:
Hunc Aurora rapit, sed enim mox inde remittit,
Vxori tacitum vaticinata malum

Crispian van de Passe inuent: excudit. Ovid. Metam. libr. 7.

Ad patrios fines dum sumptis Icarus alis
Aërias carpit cum genitore vias;
Subuolat ad Solem propius, mox cera liquescit,
Inque necaturas præcipitatur aquas.

Martin de Vos sinuent.

Quam durus Polijphemus erat, qui frangit amantes!
In fluuium transis Aci tenelle nouum.

Tu Galathea fugâ dilaberis, inclyta Nereî
Filia; nec poteras hac Polijpheme frui.

Fz: 1349

Fz. 1337
nos 2 – 25. 32 – 34.

Horatius Voluptatum . nos 1–8. 10. 12 –15. 18. 21 – 26.
(Zweites Heft) 28. 36 – 40. 50 27 plates

Fr 1343
nos 10. 14. 15. 17. 24

Academiae sub specie vitae recolant nos 9. 11. 27. 34. 35
5 pl.

Ovidius . nos 20. 41 – 45. 47. 49. 51 – 68 26 –

Fz. 946 – 949

Stadt der Dreiss. u. dreissig in oriale 17. 19. 46. 48 4 –

Venus (Fz. 959) pl 33 1 .

Fz. 1371

Mimicarum aliquot Facetiarum 16. 29. 30. 31. 32 5 .
(Zweites Heft)

68